Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

99

ipse in deuteronomio p̄putiū cordis uestri. et ceruicē uestram
ne induretis amplius. Quid est ista circumcisio. nisi perfecta dei
dilectio. Nam et in alio loco cum dixisset. circumcidet dominus deus
tuus cor tuum et cor seminis tui. ita subiunxit. Ut dili
gas dominum deum tuum in toto corde tuo. et in tota anima
tua. Porro circumcisionis carnis scientiam ueram in hoc habes.
ut non dubites illa cessare debuisse ex quo uenit et ma
nifestatum est semen cuius uenturi fide habens abraham signum
accepit circumcisionis. signaculum iusticie fidei. Dixi de
scientia circumcisionis. quid dicam de scientia legis? Hoc ni
mirum. quod omnem illam scilicet cerimoniarum legem spiritualiter
intellegis. Hoc est quod dico. et come capitis tui sicut pur
pura regis iuncta canalibus. Come capitis tui. idem sensus
cordis tui in meditando uel cogitando misteria legis
dei. exempli gratia. quid misterii contineat uitulus inmacu
latus iussus offerri pro peccato sacerdotis. qui peccauerit et
populum delinquere fecerit. quid hircus de capris. quid capra
et quid ouis. quid turtur. et quid pullus columbe. cunctique
ritus sacrificii meditando inquam in his et in ceteris huius
modi. come capitis tui idem sensus cordis tui sunt sicut pur
pura regis. uidelicet cuncta referendo ad sacramentum
passionis dilecti tui. qui propter hoc ipsum quod passus est rex
constitutus et gloria et honore coronatus sedet ad dexteram ma
iestatis in excelsis. Et recte passio regis. dicitur purpura
regis. non solum propter purpureum colorem sanguinis quem